



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De his quæ valere possunt ad hoc, vt quis ametur à proximo. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

membra vnius corporis. Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autē alter alterius mēbra. ¶ Undecimo, emolumentū multiplex quod sequitur ex hac dilectione. Eccle. 4. Melius est duos esse simul, quā vnū. Habēt enim emolumentum societatis suæ. ¶ Quinq; sunt emolumenta huius sanctæ societatis. Primum est victoria. Vnde subditur Eccl. 4. Si quis prauauerit cōtra vnum: duo resistunt ei. Pro. 18. Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Goliath inuitat ad singulare certamē. 1. Reg. 17. Econtrario Moyses ait, Exo. 32. Si quis est domini, iungatur mihi. Ambro. Omnis pugna vnanimiter aggressa victoriā parit. Secundū est, bonorū abundātia. Quod enim homini deest in se, habet in amico suo: & ad q; impotens erat per se, potēs efficitur eo sibi cōiuncto. Tullius de Amicitia: Virtutū amicitia adiutrix à natura data est, non vitiorū comes: vt quæ solitaria nō posset virtus ad ea quæ summa sunt peruenire, cōiuncta & consociata cū altera perueniret. Tertiuū est impetratio ei⁹ quod in oratione petitur. Matt. 18. Si duo ex vobis cōsenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint: fiet illis à patre meo qui in caelis est. Quartū est mutua exhortatio. Eccl. 4. Vn⁹ enim quomodo calefies? Quintū cōsolatio. Prou. 27. Vnguēto & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici cōsiliis anima dulcoratur. Tullius de Amicitia: Solē de mundo tollere videntur, qui amicitia de vita tollit: quā nihil à Deo melius habemus, nihil iucundius. Item Tullius: Quoniā res humanæ fragiles sunt & caducæ, semper acquirēdi sunt quos diligamus, & à quib⁹ diligamur. Charitate enim beneuolētiaq; sublata, omnis est de vita ablata incūditas. ¶ Duodecimo damnū quod facit fraternū odium vel discordia. Hoc enim facit in corpore ecclesiæ quod facit diuisio, cōtinuitate in humano corpore, ex qua sequitur dolor magnus, & quādam mors. Ideo Saluator multū rogat pro vnitate ecclesiæ. Io. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnū sicut & nos. Itē in eodē: Nō pro eis rogo tātum: sed pro eis qui credituri sunt per verbū eorū in me, vt omnes vnū sint.

De his quæ valere possunt ad hoc, vt quis ametur à proximo.

CAP. IX.

Est notandum quod licet vtunq; sit appetendum, & amare proximū, & amari ab ipso: tamen magis appetendum est amare, quā amari. Beatius est magis dare, quā accipere. Act. 20. Qui solū amari volūt, ignem esse volunt in domo proximi sui, & ipsi in domo propriæ cōscientiæ frigore pereunt. Ipsi etiam preciositatem proximis suis & bonis eorū desiderāt, de

pretiositate verò sua bonorum propriorum non curant. Chastitas enim, vt prius ostensum est, pretiositas est hominis, & opum ipsius. ¶ Et notandum quòd multa sunt qua valere possunt ad hoc, vt aliquis ametur à proximo. ¶ Primum est, modestus sermone. Eccle. 20. Sapiens in verbis amabilem se facit: gratia autem fauorum effundentur. ¶ Secundum est similitudo, quod multum facit ad amorem, & sicut dissimilitudo ad odium. Eccle. 27. Volatilia ad sibi similia conueniunt. Ambro. super Psal. Beati immaculati: Est insitum bonis, vt vnusquisq; virtutes in aliis amet. Econtrario, Oderunt hilarè tristes, tristè mœrosi. Virtus etiã hominem amabilem reddit. Tullius de Amicitia: Nihil est virtute amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendũ. Quippe quum propter virtutẽ & probitatem etiã quos nunquã vidimus, quodã modo diligamus. Item in eodem. Tãta est vis probitatis, vt eam vel in eis quos nunquã vidimus vel quod maus est, in hoste diligamus. Valet etiã ad hoc, quod aliquis ametur specialiter, virtus mansuetudinis. Eccle. 3. Mansuetudine opera tua perfice, & super gloriã hominum uergeris. Mansuetudo ad modum adamantis habet virtutẽ attritiuam. Ezech. 3. Vt adamantem & silicem dedi faciem tuã. Valet etiã ad hoc, quòd aliquis ametur, fidelitas. Eccl. 33. Si est seruus fidelis tibi, sicut tibi quasi anima tua, quasi fratre sic tracta eum. Eccle. 27. Dilige proximũ, & coniungere fidẽ cum illo. Et eodem. 6. Amico fidelis nulla est comparatio. Et iterum: Amicus sicut medicamentum vitæ & immortalitatis. Valent etiã ad hoc obsequia & beneficia. Terentius in Andria: Hoc tempore non quũ amicos, veritas odium parit. Ignis amoris lignis beneficiarum debet nutriri, alioquin deficit. Obsequia etiã feruorem amorẽ incitant, & inimicos amicos efficiunt. ad Rom. 12. Si fuerit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi. Hoc enim accendens ad te amandũ. ¶ Notandum tamẽ quòd beneficia non parant amicitia, nisi quũ discretè dantur. Eccl. 20. Faruo noster amicus, & nõ erit gratia in bonis illius, qui enim edũt panem nostrum, falsa lingue sunt. Quoties, & quanti irridebunt eũ: Non enim quod habendũ erat ab alio, scilicet directo sensu, distinetur similiter, & quod non erat habendũ, ipse indiscretè datur, & similiter nõ danda: propterea sapiẽtia dicitur esse mater chrestie dilectionis. Eccl. 24. Discretio enim requiritur ad accipiendũ amicũ. Sene. Nullũ habet maius malum occupatus de bonis & bonis suis obsessus, quã quod amicos sibi putat quibus non

est: quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandū amicos, cum quidam quo plus debēt, magis oderint. Quid ergo? Beneficia nō parant amicitias? Parāt, si accepturos licuit eligere: si collocata, nō sparsa sunt. Itaq; dum incipio esse mētis tuę, interim hoc cōsilio sapientū utere, vt magis existimes pertinere ad rem quis, quā quid acceperit. Tullius in Rhetorica: Melius apud bonos, quā apud fortunatos beneficium collocatum est. Inter omnia maxime valet ad hoc quod aliquis ametur, si ipse primo amauerit. Aug. Nulla est maior ad amorē inuitatio, quā pręuenire amando. Et nimis durus est amicus, qui dilectionē si nō lebat impendere, nōlit rependere. Seneca in epistolis: Quæris quomodo amicum, facturum sis cito? Ego tibi monstrabo amatum sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficę carmine. Si vis amari, ama. Item vt ameris, amabilis esto.

De modo amandi proximum.

CAP. X.

Notandū quod scriptura sacra triplex exemplar nobis ministrat ad ostendendū quomodo proximū amare debeamus. ¶ Primum est, amor quo Christus amauit nos. Ioā. 15. Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. ¶ Secundū est, amor quo amamus nosmetipsos. Matt. 22. & Luc. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ Terrium est, amor quem habent membra eiusdem corporis ad inuicem. ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent: ita multi vnū corpus sumus in Christo. De eodē habetur 1. Corin. 12. ¶ Et notandum circa primum, quod Christus amauit nos amore gratuito, scilicet amore gratis dato, non præcedentibus meritis nostris reddito. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deū: sed quando ipse prior dilexit nos. Sic amare debemus proximum. Non sic faciunt qui nōlūt amare, nisi eos quibus se primo agnoscunt amari. Matt. 5. Si diligatis eos qui vos diligunt, quā mercedē habebitis? nōne & publicani hoc faciunt? Itē amauit nos Christus amore recto: quia nō propter vilitatem suam, sed propter nostram: non vt à nobis acciperet, sed vt nobis daret. Seneca in epistolis: Amicus qui vilitatis causa assumptus est, tādū placebit, quādiu vilis erit: Et iterum: Necessē est, vt initia inter se, & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit aliquod pretium illi cōtra amicitiam, si vllum in ea placet præter ipsam. In quid igitur ego amicum paro? Vt habeam pro quo mori possim, vt habeā quem in exiliū sequar, cuius me morti & opponā, & impendā. Ista quam tu describis, negotiatio est, non